


Friedrich Hein Lucas Lübbecke

Disputationum Ordinariarum II. Exhibens Quaestiones Iuridicas Tit. II. & III. Lib. XII. Digest. De Iureiurando Sive Voluntario, Sive Necessario, Sive Iudiciali, Et De In Litem Iurando

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731514610>

Druck Freier  Zugang



Schwören

F. Klein (L. Lubbeck) / Kart. 16

R. U. un. 1626.

6. 157
DISPUTATIONUM ORDINARIARUM II,
EXHIBENS QUÆSTIONES JU-
RIDICAS

Tit. II. & III. Lib. XII. Digest.

DE
JURE JURANDO
SIVE VOLUNTARIO,
SIVE NECESSARIO, SIVE
JUDICIALI,
ET
DE IN LITEM JURANDO.

Quas

Propitia sacrosancta Triade,

PRÆSIDE

FRIDERICO Hein J. D.

Ad diem 30. Septemb.

In auditorio majori discutiendas proponit

LUCAS LUBBECIUS

Schlaviã-Pom.




ROSTOCHI


Typis JOACHIMI PEDANI

ANNO cl^o l^o CXXVI.




198




 Ntequam ad tituli prioris disputationis nostræ leges difficilioreſ, & inde depromptas quæſtiones accedamus, placet talem jurisjurandi præmittere definitionem: Jusjurandum eſt adfirmatio religioſa, quæ ſcilicet pleraq; firmantur inter homines, Deo immortalis interpoſito tum judice, tum teſte. *Cujac. in par. C. de Rebus credit. & jurejur.* Vel, quæ propius ad titulum noſtrum accedere videtur; Jusjurandum eſt certa litis definitio, quæ fit cum obteſtatione divina. *l. i. l. 40. ff. h. t. l. i. l. 3 l. 6. C. eod. l. poſt rem. 56. ff. de re judic. Borcholt in comment. ſuo ad b. t. c. i. n. 12.* Jurisjurandi hujus tres ſunt ſpecies: Voluntaryum, definiente *Cujacio in par. ff. b.* eſt, quod à parte parti deſertur in judicio, vel extra judicium: Neceſſarium, quod pars cui delatum eſt, refert delatori. Judiciale, quod à judice (ob probationis inopiam) deſertur. Verum in foro & uſu juris nunc recepti, jusjurandum voluntaryum eſt, quod ex conventionem, per modum transactionis, extra judicium deſertur. *Interpp. in l. jusjurandum. 17. in pr. & in l. ſi quis. 39. ff. b. t.* Neceſſarium, quod in cauſis dubijs ob inopiam probationis à judice ligitori imponitur. Judiciale, quod à parte parti in judicio deſertur, judice juramentum approbante. *Zafius ad rubr. ff. b. t. n. 7. 8. & 9. Weſenb. in par. ff. b. n. 7. Borch. in d. comm. c. 2. n. 2. Cothmann. in comp. Inſt. ſub tit. de Act. ion. p. m. 297.* Priores juramentorum definitiones, ut ſunt, ſi juris textus ſequamur, veriores; ita ſecundum eadem ſubjectas juris quæſtiones intellectas volumus.

T H E S I S I.


 N juramentum ſpeciem transactionis contineat, hoc eſt, loco transactionis, vel pacti cedat? Reſp. Cedere. Hoc autem de eo juramento dictum propriè volumus, quod pars parti deſert. *l. 2. l. ſed etſi ſervus. 25. l. admonendi. 31. l. tutor. 35. §. 1. ff. b. l. quod ſi. 21. ff. de dolo malo. l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de Solut. V. omnimò Cujac. 22. obſ. 7.*

II.

An jusjurandum majorem habeat auctoritatem, quam res judicata? R. Habere. *d. l. 2. l. admonendi. 31. b. Cujac. ad d. l. 2. in ſuo Paulo.*

A 2

An.

III.

An jusjurandum alterius alteri profit aut noceat? R. Jusjurandum alterius alteri neq; prodesse, neq; obesse *l. 3. § unde Marcellus. 3. b. Et ibi Zasius, n. 8. Adde Cujac. ad l. 8. b. in suo Paulo.*

IV.

An jusjurandum matris noceat partui? R. Non nocere. *d. l. 3. §. unde Marcellus. 3. ubi gl. in verb. nec nocebit, hic.*

V.

Si procurator ad petendum datus, reo deferente juraverit, dari domino oportere, An hoc jusjurandum procuratoris profit domino, eiq; actionem pariat? R. Huiusmodi iuramentum domino etiam ad agendum prodesse. *l. nam posteaquam. 9. § jusjurandum. 6. h. l. Julianus. 13. §. si procurator. 25. ff. de act. empt. Add. gl. ad l. non solum. 39. §. 1. in verb. actio. ff. de Procur. Et ad d. l. 9. §. 6. in verb. parit. h. Zasium ibid. n. 3. Cujac. ad l. mutus. 43. §. si procurator 5. ff. de procur. in suo Paulo. Pacium cent. 2. évaylio Cas. quest. 42.*

VI.

Quæ actio detur ex jurejurando? R. Si quæstio sit de jurejurando judiciali, dari actionem & exceptionem judicati directam. Nam id jusjurandum vel sententia imponitur, vel postquam juratum est (ad delationem judicis) ei consentanea sententia datur. Quod si verò de voluntario vel necessario sit quæstio, tum dico dari actionem ad similitudinem judicati in factum. *l. sed si possessoris. II. §. 1. h. l. actori 8. C. de Reb. credit. hoc est, actionem utilem judicati, d. l. sed si. II. §. ult. l. si duo. 13. §. 1. l. quod si 29. ff. b. t.*

VII.

An jusjurandum liberto communi ab uno patronorum delatum, alteri patrono profit, ita ut si libertus juret, se patroni jusjurandum deferentis libertum non esse, portio hujus, dimidiæ scilicet partis bonorum possessionis, accrescat alteri patrono? R. Alteri patrono non prodesse, quod adversus alterum libertus jurasset. *l. si duo. 13. in pr. ff. b. t.*

VIII.

Qui juravit furtum se non fecisse, An videatur de toto jurasse, atq; ideo, neq; furti, neq; condictitia teneatur? R. Eum videri de toto jurasse, eoq; neq; furti, neq; condictitia teneri. *l. si duo. 13. §. idem Julianus. 2. ff. b. t.*

Utrum

IX.

Utrum perjurium jure civili puniatur? R. Distinguendum esse inter eum, qui jurat per Deum, & inter eum, qui jurat per genium, vel nomen & venerationem Principis. Si quis pejeravit per Deum, contempta jurisjurandi religio satis Deum ultorem habet, nec ulla poena ordinaria constituta est. *l. 2. in pr. C. de Rebus cred.* Qui vero per genium, vel nomen & venerationem Principis pejerat, fustibus castigatur, hoc ei superdicto (per praconem scilicet, interea dum fustibus caeditur, qui pejeravit, ut in *l. fustibus. 16. C. Ex quib. caus. infam. irrog.*) περπετως μη ὀμνῶν: petulanter, seu (ut Cujac. 8. obs. 7. vertit) perperam ne jurato. *d. l. si duo. 13. §. ult. b. & ibi Cujac. in notis suis. Adde l. si quis major. 41. C. de Transact. l. pen. C. de dignat. ubi itidem Cujac. nec non 7. obs. 13. 2. obs. 19. 13. obs. 21. in fin.* Vide eundem etiam ad *l. quod si. 21. ff. de dolo malo, in suo Paulo, & ad d. l. 2. C. de Rebus cred. & jurejur. in comment. suo super Codic. Wesenb. in par. ff. b. n. 13.* Qua poena hodie ex constitutione criminali Car. V. perjuri afficiendi, tradit const. illius *art. 107. Et iog.*

X.

Si patronus liberto, vel pater filio jusjurandum detulerit, An prior de calumnia jurare debeat? R. Eum de calumnia jurare non debere: *l. si patronus. 16. b. l. licet. 7. §. nec deferentes. 3. ff. de obseq. parent. & patron. praestand.* Facit *l. de die. 8. §. jubetur. 5. ff. Qui satisd. cog. l. qui bona. 13. §. pen. ff. de damn. infect. Cujac. 9. obs. 37. post medium. & ad l. quoniam. 14. ff. h. t. in suo Paulo.*

XI.

An servus, qui liberam peculij administrationem habet, novare peculiarem obligationem possit? R. Possit. *l. huic enim. 21. b. Vide Cujac. ad l. servus. 20. b. t. in suo Paulo.*

XII.

Si servo, qui liberam peculij administrationem habebat, deferente, juraverit actor, dari sibi oportere, An in dominum detur ex jurejurando actio in factum de peculio, videlicet, ut pro modo peculij praestet actori, quod is deferente servo juravit sibi dari oportere? R. Actionem in factum de peculio dari, perinde ut datur in patrem filio familias deferente. *l. quidam. 22. b. & ibi Cujac. quemadmodum & ad l. seq. 24. b. t.*

XIII.

An ab uno ex duobus reis stipulandi debitori communi delatum jusjurandum, si is juraverit, se dare non oportere, etiam alteri noceat? R. Nocere. *l. in duobus. 28. in pr. b. Cujac. ad l. ff. unus. 27. in pr. ff. de pact. cum in comm. ad ill. tit. tum in suo Paulo, & ad d. l. 28. in pr. b. itidem in suo Paulo lib. 18. ad Edict. (quamvis in editione Florentina hæc l. Jæto Ulpiano adscribitur) nec non 22. obs. 7.*

XIV.

Affinis præcedenti quæstioni hæc est: An à fidejussore exactum jusjurandum profit etiam reo? R. Prodesse etiam reo. Nam quia in locum solutionis succedit, hic quoq; eodem loco habendum est: si modò ideò interpositum est jusjurandum, ut de ipso contractu, & de re, non de persona jurantis ageretur. *d. l. in duobus. 28. §. quod reus. 1. l. fin. §. si fidejussor. 1. b. Cujac. ad. ib. præc. ll. nec non ad l. fidejussoris. 23. ff. de pact. tum in comm. suo ad ill. tit. tum in suo Paulo.*

XV.

Si libertus, patrono deferente, juravit, se libertum non esse, an omne jus patronatus per hoc tollatur? R. Omne jus patronatus tolli, in tantum, ut nec operarum petitio, nec bonorum possessio contra tabulas, dari patrono debeat. *l. eum, qui. 30. §. si libertus. 4. b. & ibi Cujac. in suo Paulo.*

XVI.

An lis jurejurando finita prætextu novorum instrumentorum retractari possit? R. Litem jurejurando judiciali finitam posse: voluntario autem aut necessario decisam non posse. *l. admonendi. 31. b. l. 1. C. Eod. arg. l. 2. supr. b. t. junctà l. sub prætextu. 29. C. de Transact. Adde Cujac. in not. ad d. l. 31. b. & ad l. fin. C. Eod. nec non ad d. l. 1. & 3. C. b. t. in comm. suo super Cod. tum 18. obs. 35. Wesemb. in par. ff. b. n. 11.*

XVII.

Quo casu judex exigere possit jusjurandum? R. Judicem jusjurandum exigere in causis dubiis. *d. l. admonendi b. εν τωις ἀμφιβολοις*, in ambiguis, in obscuris ex inopia probationum. *l. 3. C. Eod. Cujac. 22. obs. 28.*

XVIII.

Occasione præcedentis quæstionis quærere lubet. An quæ per unum testem facta est probatio, semiplena dici possit, adeò ut
hïc

hic locus sit juramento suppletorio? R. Juramento suppletorio etiam hic locum esse. *Gl. in d. l. admonendi, 31. in verb. exacto jurejurando, b. Wesemb. in par ff. b. n. 10.* maximè si testis auctoritas & probitas judici dubitationem injiciat. *Cujac. ad d. l. 3. C. b. r.*

XIX.

An juramentum calumniæ remitti possit? R. Non posse remitti. *l. 2. §. sed quia. 4. C. de jurejur. propt. cal.* cum qua lege quomodo concilianda *l. jusjurandum. 34. §. qui jusjurandum. 4. b. vid. gl. ibid. in verb. exigatur.*

XX.

An reus delatum juramentum, si malit, referre possit? R. Possit. *d. l. jusjurandum. 34. §. datur. 7. b. Cujac. ad d. l. in duobus. 23. §. item Pomponius supr. b. t. & ad l. manifesta. 38. infr. b. t. in suo Paulo, tum ad l. 9. C. b. t. in comm. suo supr. Cod.*

XXI.

An jusjurandum delatum possit recusari, adeò, ut is, cui defertur, nec juret, nec solvat, nec referat jusjurandum? R. Recusari posse. *l. pen. §. sin autem. 2. C. b. t. Vide Pacium cent. 3. εναντιοφωριων quest. 85 ubi, quod ex l. manifesta. 38. b. moveri potest dubium, tollit.*

XXII.

Utrum conditio jurisjurandi sit justa & licita, an verò legibus reprobetur: veluti si quis cum debitore suo pepigerit, ne ab eo pecunia peteretur, si jurasset, se capitolium non ascendisse, vel aliud quidlibet fecisse, vel non fecisse; isque juraverit: Utrum illi dari debeat jurisjurandi exceptio? R. Jurisjurandi exceptionem illi dandam esse, sed & solutum repetere eum posse, quod justa hæc sit conventio. *l. si quis 39. b. & ibi Cujac. in suo Julian. & ad l. que sub conditione 8. in pr. ff. de condit. instit. in comm. suo ad ill. tit. nec non 5. obs. post gl. b.*

AD TIT. III.

DE IN LITEM JURANDO.

Jusjurandum in litem est, quod à judice defertur actori, ejus rei, quæ in judicium deducta est, affirmandæ causa, *Cujac. in par. ff. b. Wesemb. ibid. n. 2.* Ex hoc titulo quæro.

I.

An tutor in litem jurare possit? R. Possit, si velit. *l. 4. in pr. b. ubi vide gl. in verb. re fragabitur.* An.

II.

An adolescens in litem jurare possit? R. Possit. *d. l. 4. in fin. pr. b.* idq; eo etiam casu procedit, cum curatorem habet adolescens, ut tradit *gl. ad h. l. in verbis finalibus. potest jurare, & post eam Zasius ibid. n. fin.*

III.

An iudex modum iurijurando in litem statuere possit, ut intra certam quantitatem juretur, ne, arrepta occasione, in infinitum juretur? R. Iudicem modum hujusmodi iurijurando statuere, & taxationem adiciere posse. *d. l. 4. §. jurare. 2. & l. 5. §. 1. h. l. arbitrio. 13. in pr. ff. de dolo malo. l. in hac. 3. §. prater ea. 2. ff. ad exhibend. l. si quando. 9. C. Unde vi. Adde gl. in d. l. 4. §. 2. in verb. congruit. b.*

IV.

An possit iudex, ubi ad ejus delationem in litem juratum est, juramentum illud non sequi: sed vel prorsus absolvere, vel etiam minoris condemnare, quam iuratum est? R. Utrumq; iudicem facere posse ex magna causa. *d. l. 4. §. item. 3. & d. l. 5. §. 2. b. gl. ad d. l. 4. §. 3. in verb. ex magna causa. b. Cujac. ad l. si quando. 9. C. Unde vi. in comm. suo super Cod. Duaren. in d. l. 5. §. 2. b. post Fulgosium & Jasonem, quos ibidem citat.*

V.

An etiam ex culpa iusiurandum in litem deferri possit? R. Ex culpa levi iusiurandum illud non deferri, ex lata vero culpa deferri. *d. l. 4. §. ult. d. l. 5. §. sed in his. 3. b. l. 2. C. b. t. Zasius lib. 1. singul. respons. n. 35. Cujac. in par. C. b. & in comm. suo super Cod. ad h. t. Duaren. in d. l. 5. §. 3. in verb. non etiam ob culpam, b. Borch. in tract. de in litem jurand. c. 5. n. 5. & seqq.*

VI.

An in actione ex empto in litem juretur? R. Non iurari. Cum enim iurijurando in litem tunc locus sit, cum per contumaciam, aut dolum rei res non restituitur, aut non exhibetur. *t. t. ff. & C. de in lit. jur. actio autem empti non sit de re restituenda, sed de re vendita tradenda, sequitur in ea in litem non iurari. Duar. ad d. l. 5. in pr. ff. b. t. Borch. in d. tr. c. 4. n. 69 & seqq.*

VII.

Utum tam in contrariis, quam in directis bonæ fidei actionibus, in litem iurari possit? R. In solis bonæ fidei iudiciis directis, in quibus de restitutione rei agitur, in litem iurari, non in iudiciis contrariis. *Borch. d. c. 4. n. 73. & seq.*

200

